BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315 Seite 122v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=376
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



suo. Iter hanc causam non calcant
sacerdotes dagon et omnes qui ingre-
diuntur in templum eius super lim-
dagon in azoto usque in hodiernum
diem. Aggrauata est autem manus
domini super azotos. et demolitus est eos.
et ebullierunt uille et agri in medio
regionis illius. et nati sunt mures.
et facta est confusio mortis magna in ci-
uitate. et percussit in secretiori parte
natium azotum. et fines eius. Viden-
tes autem uiri azotii huiuscemodi
plagam dixerunt. Non maneat ar-
cha dei israel apud nos. quo dura est
manus eius super nos. et super dagon
deum nostrum. Et mittentes congregauerunt
omnes satrapas philistinorum ad se.
et dixerunt. Quid faciemus de archa
dei israel. Renderuntque gethei. Circum-
ducatur archa dei israel. et circumduxe-
runt archam dei israel. Illis autem cir-
cumducentibus eam. fiebat manus
domini super singulas ciuitates in
perfectionis magne nimis. et percutie-
bat uiros unius cuiusque urbis a
paruo usque ad maiorem. et computre
scebant prominentes ex tales eorum. In-
ieruntque gethei consilium. et fecerunt
sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo
archam domini in accaron. Cumque ve-
nisset archa domini in accaron. excla-
mauerunt accaronite dicentes. Ad-
duxerunt ad nos archam dei israhel.
ut interficiat nos et populum nostrum. Mi-
serunt itaque et congregauerunt omnes sa-
trapas philistinorum. Qui dixerunt.
Dimittite archam dei israel. ut re-
uertatur in locum suum. et non in-
terficiat nos cum populo nostro. Fiebat
enim pauor mortis in singulis ur-
bibus. et grauissima ualde erat manus
domini. Viri quoque qui mortui non
fuerant percutiebantur in secretiori
loco parte natium. et ascendebat ulula-
tus uniuscuiusque ciuitatis in celum.

Fuit ergo archa domini ·VI·
in regione philistinorum. Vu-
mensibus. et post hec uocauerunt
philistum sacerdotes et diuinos dice-
tes. Quid faciemus de archa dei. In-
dicate nobis quomodo remittamus
eam in locum suum. Qui dixerunt.
Si remittitis archam dei israel. nolite
dimittere eam uacuam. sed quod debetis
reddite ei pro peccato. et tunc curabimini.
et scietis quare non recedat manus
domini a uobis. Qui dixerunt. Quid
est quod pro delicto redderemus ei.
Renderuntque illi. Iuxta numerum prouin-
ciarum philistinorum. quinque anos au-
reos facietis. et quinque mures aure-
os. quia plaga una fuit omnibus
uobis. et satrapis uestris. Facietisque si-
militudinem anorum uestrorum. et simili-
tudinem murium qui demoliti sunt
terram. et dabitis deo israel gloriam. si forte
rei eius manum suam a uobis. et a
diis uestris et a terra uestra. Quare aggra-
uatis corda uestra sicut aggrauauit
egyptus et pharao cor suum. Nonne
postquam percussus est tunc dimisit eos
et abierunt. Nunc ergo arripite et fa-
cite plaustrum unum nouum. et duas
uaccas fetas quibus non est impositum
iugum iungite in plaustro. et reclu-
dite uitulos earum domi. tolletisque ar-
cham domini et ponetis eam in plaustro.
et uasa aurea que exsoluistis ei pro de-
licto ponetis in capsella ad latus eius.
et dimittite eam ut uadat. et aspicie-
tis. Et si quidem per uiam finium suorum
ascenderit contra bethsames. ipse fecit
nobis hoc malum grande. sin autem
minime. sciemus quia nequaquam
manus eius tetigit nos. sed casu acci-
dit. Fecerunt ergo illi hoc modo. et tollen-
tes duas uaccas. que lactabant ui-
tulos iunxerunt ad plaustrum. uitulos
que earum recluserunt domi. et posuerunt
archam dei super plaustrum nouum.